

Raguse, 31 mai 1601.

/ Illustriss<sup>mo</sup> et Reverendiss<sup>mo</sup> Roberto Bellarmino S. R. E. cardinali suo Mecenati Nicolaus Gozzius Viti filius patritius Ragusinus sacrae theologiae et philosophiae doctor perpetuam felicitatem

Mos est navigantium Illustrissime ,ac Reverendissime cardinalis, si forte viderent tempestatem, gubernator clavum flectendum  
 5 statim ut arripiat; nautarum alii malos scandant, quidam per foros cursitent, nonnulli rudentes expediant et vela contrahant, multi voce unanimi celeusma tolant verbis cohortentur,et excitent. Tale quidem nobis, qui dē Petri censemur navicula praestandum est, nunquam enim tot procellae, tot flatus, tot errorum fluctus, tot bel-  
 10 lorum scopuli, tot vitiorum anfractus, tot adversariorum incursiones, quam hac ipsa in qua versamur turbulentissima aetate: ego igitur ne nihil agere videar lucubravi aediturus in decimum quintum, quintum et vigesimum et centesimum vigesimum sextum, Davidicos psalmos commentaria, quem admodum et pridem in primum edidi: cum-  
 15 que eorum vehementer probem et sequar consilium, qui suos labores et vigiliis viris magnae eruditionis et amplissimi honoris dicere sunt soliti; tu unus cardinalitia in et purpura venerandus occurrusti dignissimus, sub cujus tutela hac nostra aparent, quae cupio non modo emendes, sed munias, et illustres, atque authorita-  
 20 tis clypeo defendas, non enim facile est invenire (absit adulatio) qui hoc aequae atque tu praestare queat: quantus namque sis in omnium etiam orthodoxae religionis hostium oculis judicent, qui tua ubique ferre gentium pervagata legunt opera, in quibus quantum ingenio et eruditione valeas; proque Dei effeceris Ecclesia omnibus  
 25 pattet: ex his autem nostris quantaloscunque si fructus,et utilitas emergerit, totum istud quidquid erit tibi acceptum referi (post Deum debeat,) cujus aura,et impulsu veluti secundo ventorum flatu hactenus provectus sum et doctoratus,ac magisterii in sacra theolo-

158 (suite)

158(suite)

/ gia, et philŏsophia insignibus nuper exornatus: hoc igitur labores  
tanquam gratitudinis in te meae obsidem tibi devoveo, et quemadmo-  
dum tuis auspiciis intra domesticos parietes coaluerunt, sic et in  
publicum prodituri nominis amplitudine tui sese tueantur, quos si  
5 tibi placuisse accepero satis mihi magnum ex illis fructum videbor  
percepisse. Vale praesul amplissime, neque solito more defende.  
Ragusae, pridie Kalendis Junii MDCI.

Nicolai Viti Gozzi... Commentarii in tres Psalmos XV. XXV et CXXVI.  
Venise, 1601.